Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Ego resipisco et anathematizo omnem heresim extollentem se adversus sanctam Romanam et catholicam ecclesiam, et precipue scisma et heresim Octaviani. Ordinationem quoque eius irritam esse pronuntio. Et ab hac hora in antea obediens ero beato Petro et domino pape Alexandro eiusque successoribus canonice intrantibus. Sic me deus adiuvet et hec sancta evangelia.

Ps. Miserere mei deus. Kyrieleison. Christeleison. Kyrieleison. Pater noster. V. Salvum fac servum tuum. Deus meus. V. Mitte ei domine auxilium de sancto. Et de Syon. V. Convertere domine usquequo. Et deprecabilis.

Oratio. Sancte pater omnipotens eterne deus qui famulos tuos ab errore [illegible] dignatus es eruere et ad sanctam ecclesiam catholicam revocare, quesumus ut mittas in eos paraclitum tuum spiritum sanctum, spiritum septiformem, spiritum sapientie et intellectus, consilii et fortitudinis, scientie et pietatis, et imple eos spiritu timoris tui. Per.

Indulgentiam et remissionem. O. p. u. t.

Auctoritate domini nostri Jhesu Christi et beatorum apostolorum Petri et Pauli commissa et auctoritate maiori mihi hac parte commissa tradita, absolvo te ab omnibus peccatis tuis etiam maioribus vel domino apostolico vel episcopo vel prelato reservatis, ab omni excommunicatione et irregularitate vel contumacia [illegible] ab omni [illegible] vel [illegible], ab omni transgressione omnium votorum et ab omni negligentia mandatorum divinorum et statutorum patrum sanctorum sine [illegible] tamen mandatis apostolicis [illegible] [illegible] restituo te [illegible] ad [illegible] sacramenta ecclesie [illegible] in nomine patris et filii

liber sancte Marie virginis in Newnburga claustrali